seq; ac Suos Successores, ad eadem omnia inscribit et obli:
gat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium.
Vti et alios omnes exinde consequentes, Causae eiusdem
Terminos Semper peremptorios, Vero infirmitate pro maiori
minorennitate Successorum legatione intra Vel extra Re:
gnum Servitio militari ad munimenta ad Exercitum, Vel alijs
quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differen:
do, ad quietationem praeterea Vltra proximos officij praefa:
ti Castrensis Capitanealis Praemisliensis Terminos dilationem
sibi non recipiendo, nullasq; motiones, appellationes accu:
sum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia plane
simplicibus Vel Triplicatis, Evasionibus, Suspensionibus fa:
cultatis Juris, praescriptione Terrestri bello Conventioneq; ac
alijs omnibus Juris remedijs et defensis non subterfugiendo
nec modo alio quouis evadendo His Suis praesentibus
personalibus Recognitionibus ad praemissa omnia
mediantibus.

Fidem mutuo Roborant. 1325

Comparentes personaliter Coram officio et Actis praesentibus
Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Generosi
Nicolaus Slawski Dapifer Sanocensis ab Vna et Catharina
Skrzypczowska olim Generosi Christophori Skrzypczowski Consors
relicta Vidua parte ab altera Sani mentibus et corporibus exi:
stentes a Terris Districtibus Iudicijs Iurisdictionibusq; Suis
quibusuis proprijs et competentibus recedendo praesenti Ve:
ro Castrensi Capitaneali Praemisliensi Iurisdictioni quo:
ad actum hunc attinet Sese Successoribus ac bonis suis
generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando

atq[ue] subsequendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi sibi mutuo et invicem, Una pars alteri ac posteris, Utriusq[ue] partis, se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisq[ue] pecuniariis quibusvis habitis et habendis inscribunt et obligant praesentibus Intercisam certam intersese Recognoscentes, ratione certarum rerum et conditionum, in eadem Intercisa contentarum de actu et data illius hic Praemysliae, die hesterna actum praesentem praecedente Nimirum Feria Sexta post Dominicam Reminiscere Quadragesimalem proxima Anno praesenti confectam et conscriptam, manibus suis Recognoscentium ab Utrisq[ue] subscriptam, in omnibus et singulis eiusdem Intercisae Conditionibus, punctis, clausulis, articulis, Vadio, ligamentis ac nexibus in Universum omnibus, firmiter, tenere, complere, exequi, ac inviolabiliter observare, omnibusq[ue] et singulis illius contentis tam in toto quam in quavis minima parte toties quoties opus fuerit satisfacere. Intercisam praefatam ad Inscriptionem praesentem Roborationem, et Inscriptionem praesentem Roborationem ad praedictam Intercisam Vicissim in toto referendo Idq[ue] sub Vadio summae Quatuor Millium Noningentorum Florenorum Polonicalium per partem parti cum successoribus Utriusq[ue] partis ob non completionem Contentorum Intercisae praefatae omnium et singulorum tam in parte q[ua]m in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo praemisso ad solvendum Succubito, ac pro re aliqua principali ex contentis Intercisae praefatae non completa complenda. Citata exinde memorata pars Una praemissa non tenens cum suis posteris Ad Instantiam partis alterius praemissa tenentis et complentis

Vel illius

Vel illius Successorum, ad officium præsens Castrense Capitaneale Præmisliense ex hinc recessu Suprascripto quo ad respondendum spectat mediante, Semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio, Stare Juri parere respondere, Vadium prætactum huic Inscriptioni præsenti Satisfacere, ac omnino iudicatum pati debebit et tenebitur Seq ac Suos ad eadem omnia, inscribit et obligat præsentibus, illum Terminum primum peremptorium Vti et alios omnes exinde Consequentes Causæ eiusdem Terminos Semper peremptorios, Vera infirmitate, pro maiori minorennitate, Successorum legatione, intra Vel extra Regnum Servitio militari ad munimenta ad Exercitum, Vel aliis quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo atq quietationem prætensa Vltra proximos officij præfati Castrensis Capitanealis Præmisliensis Terminos dilationem Sibi non recipiendo, nullasq motiones appellationes, ac earum prosecutiones faciendo ac præmissa omnia plenis Simplicibus, Vel Explicatis, Evasionibus Suspensionibus, fatalis Juris præscriptione Servitii bello Conventioneq ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non Subterfugiendo, nec modo aliquouis evadendo. Illis Suis præsentibus personalibus recognitionibus ad præmissa omnia mediantibus.

Godlewski Suo et Interesse Roborat Wilczkowskim. 1325

Comparens personaliter Coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmisliensibus Generosus Joannes Godlewski Sanus mente et corpore existens a